Balneum, exibitq́; phlegma ab ipſo, reſiduum autem Magiſterij manet in fundo. Hoc diſtilla nonẽ vicibus per retortam, cum Sigillo Hermetis, ſicut in libello noſtro De Præparationibus docemus, et ſic habes Magiſterium Sanguinis. De quo hactenus.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER SEXTVS.

De Specificis.

THEORIA.

DEINCEPS verò ad tractationem De Specificis ſcribendam accedemus, in quibus perinde plurimæ latẽt virtutes dignæ admiratione, quæ quidem non ex naturis eorum ſuam ducunt originem, quòd eæ aut calidæ ſint aut frigidæ; verùm excluſis his omnibus vnam peculiarem natu-

Specificorum à proprio deſcriptio.